Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



CCxx

228

qui secundum propositum vocati sunt
sancti. Nam quos praesciuit et prae-
destinauit conformes fieri imagi-
nis filii sui ut sit ipse primo-
genitus in multis fratribus.
Quos autem praedestinauit hos
et vocauit. Et quos vocauit.
hos et iustificauit. Quos at
iustificauit. illos et magnifi-
cauit. Quid ergo dicemus? ad
haec. Si deus pro nobis. qs contra
nos. Qui etiam pro filio suo
non pepercit. sed pro nobis omni-
tradidit illum. Quomodo non etiam
cum illo omnia nobis donauit. Qs
accusabit adversus electos dei.
Deus qui iustificat. Quis est
qui condemnet. christus ihs qui
mortuus est. imo qui et re-
surrexit qui est ad dexteram dei.
qui etiam interpellat pro nobis.
Quis nos separabit a caritate
christi. Tribulatio. an angustia.
an persecutio. an fames. an nu-
ditas. an periculum. an gladius.
sicut scriptum est. Quia propter te
mortificamur tota die estima-
ti sumus ut oues occisionis.
sed in his omnibus superamus
propter eum qui dilexit nos. Cer-
tus sum enim quia neque mors. neque vi-
ta. neque angeli. neque principa-
tus. neque potestates. neque virtutes
neque instantia. neque futura.
neque fortitudo. neque altitudo
neque profundum. neque creatura
aliqua poterit nos separare a
caritate christi que est in christo ihu
domino nostro. Ad ephesios.

Fres. Benedictus deus et
pater domini nostri ihu christi qui
benedixit nos in omni benedic-
tione spirituali in celestibus in
christo sicut elegit nos in ipso ante
constitutionem mundi. ut essemus
sancti et immaculati in conspectu
eius in caritate qui praedestina-
uit nos in adoptionem filiorum
per ihum christum in ipsum secundum pro-
positum voluntatis sue in laudem
gratie sue in qua gratificauit nos
in dilecto filio suo in quo habemus
redemptionem in sanguine eius
et remissionem peccatorum secundum diui-
tias gratie sue que superabundauit
in nobis in omni sapientia dominum nostrum.

Sequentia sancti ezechielis prophete.
Quid multis quatuor animalia
facies hominis et facies leonis a
dextris ipsorum quatuor. facies autem
bouis a sinistris ipsorum quatuor
et facies aquile de super ipsorum quatuor.
Et facies eorum et pennae eorum
extrinsecus de super. Due pennae sin-
gulorum tegebant. et due tegebant
corpora eorum. et unusquisque
eorum coram facie sua ambulabat.
Vbi impetus erat spiritus illuc gre-
diebat nec retrorsum ibant cum am-
bularent. Et similitudo animalium et
aspectus eorum sicut carbones ig-
nis ardentium. et sicut aspectus